Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XVI. Quod idololatriae cultura a sacerdotibus, vel a iudicibus exquirenda est, atque exterminanda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Visual Library

ANNO CHRISTI 589.

noſter Canonibus inſerendum præcipit, vt Iudæis non liceat Chriſtianas habere vxores vel concubinas, neque mancipia Chriſtiana comparare in vſus proprios: ſed & ſi qui filii ex tali coniugio nati ſunt, aſſumendos eſſe ad baptiſmum: nulla officia publica eos opus eſt agere, per quæ eis occaſio tribuatur pœnam Chriſtianis inferre. Si qui vero Chriſtiani ab eis Iudaico ritu ſunt maculati, vel etiam circumciſi, non reddito precio, ad libertatem & religionem redeant Chriſtianam.

Diſt. 64. Nulla officia publica.

XV.

Si qui [r] ex ſeruis fiſcalibus eccleſias fortaſſe conſtruxerint, eaſque de ſua paupertate ditauerint, *hoc procuret epiſcopus prece ſua, auctoritate regia confirmari.

* has

XVI.

Quoniam pene per omnem Hiſpaniam ſiue * Galliam idololatriæ ſacrilegium inoleuit, hoc, cum conſenſu glorioſiſſimi principis, ſancta Synodus ordinauit, vt omnis ſacerdos in loco ſuo vna cum iudice territorii ſacrilegium memoratum ſtudioſe perquirat, & exterminare inuentum non differat: * homines vero qui ad talem errorem concurrunt, * ſaluo diſcrimine animæ, * qua potuerint animaduerſione coerceant. Quod ſi neglexerint, ſciant ſe * vtique excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum a poſſeſſione ſua neglexerint, vel familiæ ſuæ prohibere noluerint, ab epiſcopo & ipſi a communione pellantur.

* Galliciam
* omnes
* ſiue
* quæ
* vtrique

XVII.

Cum multæ querelæ ad aures ſancti Concilii de-